

XII. *Inter Tergeste et Aquileiam* (p. 75).

ad n. 705. Valvasonius in syll. mai. f. 46' habet postea adscriptam; praescribitur *nella villa sopra una casa* (praecedunt n. 707. 706. 709) daturque in fine SOLVIT LIBIN MUSI ||

8204 fra Contovello e Proseco presso alla cappella di S. Maria della Salvia detta di Moncolano rep., hodie in museo Tergestino.

IOVI · O · M
· · · · ·

Kandler Archeogr. Triest. N. S. 2, 31.

8205 Duini prope Miramar rep. in castello principis Hohenlohe.

magno et in VICTO · IMP · CAESARI
c. aur. ual. di OCLETIANO · PIO · FEL ·
augusto pONT · MAX · TRIB · POT · III · p.C. 286
cos. ii p. p. PRO · COS · ACILIVS · CLARVS
5 u. c. correctori TAL · DEV · NVM · MAI · EIVs
1, 138 seq. ibique docui ad a. certe 290 Italiam sub uno correctore mansisse.

I. B. de Rossi misit a se suppletam.
4 AGILIVS traditur. Cf. Lambaesitana Renierii
n. 123: *Acilius Clarus v. cos. p(raeses) p(rovinciae)*
N(umidiae) sibi et successoribus fecit. Correctores
Italiae saeculi tertii composui in ephem. epigraph.

ad n. 714. Gregorutius n. 101 et ex schedis Moschettinianis et de visu. Prodiit in campo baronis Radieucich trans Sontium flumen, est Biliae apud eundem. — 1 ARTORIA, 3 ET,
6 LIVIO Greg.

XIV. A Q V I L E I A (p. 78).

Ex huius voluminis capitibus nullum ita crevit ut Aquileiense cum effossionibus privatis publicisque per hos annos passim institutis tum maxime diligentissimorum virorum studio iam post saecularem incuriam in has reliquias denuo collato.

Ad auctores quod attinet, haec adicienda sunt antea expositis.

ad p. 80. XIIa. Iacobi VALVASONI de Maniaco cum antea nactus essem schedas eas solas, de quibus dixi p. 172, paucas et disiectas, nuper ipsa eius inscriptionum sylloge indicata ab amico Zangemeister ad me adlata est beneficio summi viri Thomae Gulielmi Coke ducis Leicester, qui Holkham in bibliotheca domestica eam servat sub numero 414. Volumen est foliorum 98 (quorum 94. 95. 98 vacua manserunt) formae quaternariae scriptum manu librarii moderante omnino Valvasonio ipso et passim ab eo correctum et auctum. Praescribuntur disticha haec subscripto nomine Geo. Cichi: 'Quod veterum in lucem tollis monumenta virorum, Iuliaco passim quae iacuere foro, Posteritas, Maniace, pii non immemor acti Insignem titulis te super astra feret'. F. 96. 97 ad ipsa collectanea Foroiuliensis non pertinent, sed habent epigrammata Mongontiacensia duo (Brambach 1071. 1065) descripta ex Huttichio et domesticas quasdam adnotaciones, scilicet inscriptionem domus quam Iacobus et Bernardus Valvasonii a Maniaco Hip. f. sibi fecerunt a. 1558 vel, ut postea emendatum est, a. 1561; notulam de picturis ibi faciendis scriptam ab iisdem a. 1560 et 1561; proavo eorundem Nic. Zano Capoferro propter vineam satam memoriam dedicatam a. 1566. Anni, quo tituli inventi sint, in ipsius codicis supplementis adscripti reperiuntur 1564 bis ad Aquileienses n. 2 cod. f. 1 et n. 86 cod. f. 13, 1569 ad Aquileiensem n. 14 cod. f. 3. Locorum indicationes solo oppidi nomine continentur (nisi quod quibusdam titulis ipse Valvasonius accuratiorem loci demonstrationem postea adscripsit) nec raro id quoque deficit; quod tamen non multum nocuit, nam quo quid pertineat in universum satis certo constitui potuit. Versuum divisionem auctor observavit vel certe observare voluit. Voluit auctor inscriptionum patriarcharum Foroiuliensium vel si magis placet Illyricarum (nam ad Budam usque evagatur) corpus quoddam confidere usus tam suis copiis quam alienis. Ita cum universi operis ratio nequam aquabilis sit, quid effecerit per singula capita hoc loco completemur, quatenus ad hoc volumen spectant, indeque potiora deinceps his additamentis suo quaque loco inseremus. Ad tertium autem volumen quae ex Valvasonianis pertinent, additamentis ad id aliquando edendis reservamus.

1. Polensia f. 79—84, quae habueram et antea in Mutinensibus eiusdem auctoris (v. p. 6), tota derivata sunt ex Sanutianis, ut adeo anni, quos ad n. 74. 128 adscripsit Sanutus 1497 et 1500, apud Valvasonium redeant. Ipse Valvaso unam n. 1078* addidit falsam.

2. Tergestina f. 47—50 cum inferiora sint eiusdem auctoris Tergestinis schedis Mutinae repertis (v. p. 54), examinata omisi. Ex villa S. Iohannis ad Carsum quae afferuntur f. 46' n. 705. 706. 707. 709 et ipsa, ab eodem auctore iam habebamus (v. p. 75).

3. Aquileiensia incipiunt f. 1—25 (nobis n. 1—160), ad quae accedunt alia dispersa f. 26 fin. 36. 37. 42. 91. 92. 93, in his reliquis utiliora

Montefalconensis f. 88. 89. In summa re sylloge pendet ex Secundo quem dixi (p. 79), ut media (Valv. n. 13. 15—85. 87. 88) proxime accedant ad Rambertum, quae praecedunt sequuntur Sanutiana fere referant. Haec omnia omitti potuerunt; nam quamquam optimo exemplari Valvasonem usum esse appareat, ipsa exempla parum curiose scripta sunt nec quicquam habent propriae utilitatis (n. 1102, 9 in cod. est IN · F · L · EL · CONSC · MN). Sed dispersa sunt praeterea per syllogen universam epigrammata sumpta non ex Secundianis, sed ex ipsis saxis haec (adiecta post tempus ab auctore intra [] posui): Grimana n. 738—740. 742—744. 746. 747. 754. 837; genuina aliunde nota n. [752]. [761]. [908]. [939]. 961. 965. 1330; denique quae ab uno hoc auctore veniunt et ex parte nunc primum prodeunt sincera n. 750. 995 (si est genuinum). 8279. 8285. 8291. 8422. 8457. 8467. 8488. 8575, item falsa n. [1079*]. 1080].

4. Foroiuliensis epigrammata proponuntur et f. 26—29, nempe n. 1760. 1763—1768. 1772. 1776. 1778—1780. 1783. 1784. 1804. 1805; et f. 31 n. 1794 et f. 38—42 n. 1793. 1807. 1808 (typis interpolatis), 1813. 1829. 1830. 1832. 1833. 1840. 1841. 1848. 1864; denique in foliis extremis, quae supplementi instar sunt, n. 1774. 1796. 1797. 1818. 1827, praeterea quae in his additamentis infra dabuntur et in falsis n. 1082*—1085*.

5. Concordiensia recenset f. 29—31 haec n. 977. 1794. 1871. 1878. 1883. 1884. [1894. 1895]. 1896. 1916. 1918. 1926. [1933. 1936] et quae infra posui in supplementis; item f. 45 n. 1939. 1947.

6. Opitergina leguntur f. 32—37 haec n. 1965. 1974. 1976. 1979. 1986. 1988. 1998. 2001. 2006. 2008. 2009. 2011. 2015. 2019. 2025 et falsa n. 77*. 1086*. Eadem fere habueramus iam ex schedis Valvasonii minoribus (v. p. 186).

7. Bellunense habet f. 68' unum n. 2044, collocans Queri.

8. Feltrensis f. 68 duo n. 2067. 2071.

9. Querense f. 37 n. 2091 sine loco, item falsum n. 1088*.

10. Peschierense n. 4018 adest f. 77 loco non adscripto. Praeterea urbana epigrammata quae videntur derivata ex Sanutianis leguntur f. 61'—67. 89'.

Iam de fide quoque Valvasonii certum iudicium ferri potest, quod antea quominus ferretur notitiae penuria prohibuit. Ut pleraque ex schedis, ita alia aut ex ipsis marmoribus sumpsit aut ex amicorum litteris, neque ultimum locum inter auctores obtinet maxime in agro Friulano, sed item in Aquileiensibus Concordiensibus Opiterginis. At una non pauca ab eo proferuntur ficticia quaeque ab ipso proficiisci videantur, nam non solum ad singula oppida quae quidem tractavit aequabiliter fraudes pervenient, sed etiam vel maxime suspectum est, quod in Opiterginis relatis tam in schedas minores Mutinenses quam in syllogen maiorem haec novi nihil subministrat nisi titulos duos, alterum n. 1988 genuinum, falsum alterum n. 1086*, item additamenta falsa ad n. 1965. 2008, quorum hoc simillimum est tituli n. 77* male a Valvasonio amplificati etiam in schedis Mutinensibus. Vides igitur fraudes crescere per gradus. Ceterum ipsae fraudes ita comparatae sunt, ut fallere nequeant; de uno titulo n. 995 anceps iudicium est, cum ab una parte longe abhorreat a rudibus istis temptaminibus, e contrario